

καὶ προσκύνησις, ἡ γραμμάτων ἀμαθήτευτος εἰδησις (« Πῶς γὰρ οὗτος, φασίν, οἶδε γράμματα μὴ μεμαθηκώς; »).

LEONTIUS Neapolitanus in Cypro Ep. († ca 650)

SERMONES¹

^{PG}
_{93, 1569} Sermo I. [...] « "Οτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν κατὰ 1759 τὸν νόμον Μωϋσέως"· καθαρισμοῦ δὴλονότι, τῆς τε Μαριάμ καὶ τοῦ βρέφους· καὶ τοῦ προσδοκιωμένου εἰναι πατρός· λέγω δὴ τοῦ Ἰωσήφ. Ἀλλ' ἐκπληττόμενος ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσιν, πρὸς τὸν θεσπέσιον εὐαγγελιστὴν εἴποιμι δὲν· τί λέγεις, ὁ μακάριος Λουκᾶ; Ἐπιλελῆσθαι μοι δοκεῖς τῶν ἀνωτέρω παρὰ σοῦ συγγραφέντων, ἀναρμόδια γάρ πρὸς τὰ νῦν παρὰ σοῦ λεγόμενα. Οὐκ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τῇ Θεομήτορι καὶ παναγίᾳ Παρθένῳ, τὸν θεῖον Γαβριὴλ εἰσάγεις λέγοντα· « Πνεῦμα ἄγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι»; Πῶς οὖν ἡ ἐκ Πνεύματος ἀγίου καὶ δυνάμεως Ὑψίστου κυήσασα, καὶ μὴ κατὰ νόμον ἀνθρωπίνης κυήσεως, καθαρισμοῦ δέεται; Πῶς δὲ ἡ πληρωθεῖσα τοῦ πᾶσαν κτίσιν ὄρωμένην καὶ οὐχ ὄρωμένην ἀγιάζοντος,

litterarum indocilis scientia. Quomodo namque hic (inquiunt) litteras scit, cum non didicerit?²

^{PG}
_{93, 1570} Sermo I. [...] Postquam impleti sunt dies purgationis eorum secundum legem Moysi.³ Purgationis utique, tum Mariae, tum infantis, eiusque qui pater existimabatur esse, nempe Iosephi. Caeterum stupens ad verba haec, in hunc modum compellaverim admirabilem Lucam. Quid ais, o beate Luca? Videris oblitus eorum, quae superius scripseras. Nam dissonant abs te modo dicta. Nonne in Evangeliiis divinum Gabrielem inducis, in haec verba, Dei Genitricem ac sanctissimam Virginem affantem? *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi?*⁴ Qua ergo ratione, quae ex Spiritu sancto, ac Altissimi virtute concepit, non vero secundum legem humanae conceptionis, purgatione eget? Quomodo autem, quae eo impleta fuit, qui naturam omnem tum oculis subiectam, tum non aspectabi-

¹ Paternitas sermonum istorum nondum absolute est affirmata.

² Io. VII, 15. *Triodion* non est Sophronii, sed, probabiliter Iosephi hymnographi († 883). Cf. Lau 169.

³ Le. II, 22.

⁴ Le. I, 35.

● PG 87^{ter}, 3177, 3204, 3291, 3292, 3295, 3300, 3322, 3332, 3337, 3341, 3344, 3349, 3372, 3460, 3744, 3748, 3749, 3750, 3753, 3754, 3755, 3788, 3789, 3813, 3821.

Πνεύματος ἀγίου ὑπάρχει ἀμέτοχος; Πῶς δὲ ἡ ἐπισκιασθεῖσα τῇ τοῦ Ὑψίστου δυνάμει, οὐ πάσης καθαρότητος καὶ ἀγιασμοῦ ὑπάρχει ἀνάπλεως; Ἀλλὰ τὰ ἔξης τοῦ ἀρχαγγέλου ὅμικατα, τῶν ὥρθέντων εἰσὶ φοβερώτερα· λέγει γάρ· «Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἄγιον, κληθήσεται Γίδες Θεοῦ». Τίς οὖν ἀκούσας πρώην παρὰ σοῦ ταῦτα, καὶ νῦν ἀκούων πάλιν βοῶντός σου· «"Οτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν»· οὐ δικαίως ἐκπλαγεῖς ἐγκαλέσει σοι. Εἰ γὰρ Πνεῦμα ἄγιον τὴν Παρθένον ἐπήρωασεν, καὶ ἡ τοῦ Ὑψίστου δύναμις ἐπ' αὐτῇ ἐπεσκίασεν· καὶ τὸ γεννώμενον ἐξ αὐτῆς, Γίδες μέν ἐστι τοῦ πρὸ αἰώνων Θεοῦ· καὶ νῦν δέ, διὰ τὴν οἰκονομίαν «κληθήσεται»· πῶς ἡ τῆς θείας καὶ ὅμοιούσιον Τριάδος γεγενημένη μέτοχος, οὐ μόνον οὐ λείπεται ἀγιασμοῦ καὶ καθάρσεως· ἀλλ' οὐχὶ καὶ πάσῃ τῇ κτίσει ἀγιασμοῦ καὶ καθάρσεως γενήσεται πρόξενος.

Τί δὲ πρὸς ταῦτα ὁ εὐαγγελιστής; Οὕτω, φησίν, ἐπιλήσμαν τῶν ὑπ' ἐμοῦ ὥρθέντων ἀνωτέρω γέγονα· ἀλλ οὔτε ἀνακόλουθα τοῖς προλαθοῦσι, τὰ ἐπὶ τοῦ παρόντος ὥρθέντα μοι. Εἰ μὲν γὰρ ἔμεινεν παντάπασιν ὁ Θεῖος Λόγος ἐν τοῖς θείοις ὑψώμασι, καὶ μὴ κατεδέξατο ἐκουσίως τὴν πρὸς τὴν ἡμετέραν ταπείνωσιν συγκατάδασιν, καλῶς ἔξενιζεν ὑμᾶς νῦν, τὰ παρ' ἐμοῦ λεγόμενα· εἰ δὲ ἀσαρκος ὁν ὁ Θεὸς καὶ ἀσώματος, σῶμα μὲν ἐψυχωμένον ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερῷ ἐξ ἀπειρογάμου κόρης δι' ἡμᾶς περιβάλλεται· οἰκεῖ δὲ μήτραν ἀπερι-

lem sanctificat, Spiritus sancti expers exsistit? Qui demum, quam obumbravit virtus Altissimi, non omni munditia ac sanctitate plena sit? Verum quae sequuntur verba archangeli, dictis terribiliora sunt; ait enim: *Et ideo quod nascetur ex te sanctum, Filius Dei vocabitur.*¹ Quis ergo ubi haec nuper ex te audisset, nunc iterum clamantem audiens, *postquam impleti sunt dies purgationis eorum [vulg. eius]*, non merito stupens, te accuset? Siquidem enim Spiritus sanctus Virginem implevit, ac Altissimi virtus super eam obumbravit, quodque natum est in ea, Dei quidem Filius exsistit ante saecula; nunc vero etiam *vocabitur*, ratione incarnationis; quomodo, quae divinae ac consubstantialis Trinitatis fuit effecta particeps, nedum non deficiet sanctitudine ac puritate, quin et creatorum universitati, sanctitudinis ac puritatis conciliatrix exsistet?

Quid vero ad haec evangelista? Haudquaquam, inquit, oblitus sum eorum quae dixi superius: at neque iam ante dictis, quae modo dixi, minus consona sunt. Siquidem enim divinum Verbum in divinis omnino mansisset sublimitatibus, nec sponte sua ad nostram se humilitatem inclinare voluisse, merito nunc vos perturbassent, quae a me dicuntur: sin autem, cum Deus esset, ac expers corporis, corpus quidem anima rationis ac intellectus facultate praedita animatum,

¹ Ibid.

γράπτως παρθενικήν, ὁ πληρῶν τὰ σύμπαντα· γεννᾶται δὲ ἐν χρόνῳ διὰ τοὺς
ὑπὸ χρόνου, ὁ χρόνων καὶ αἰώνων πρεσβύτερος· μᾶλλον δέ, ποιητής ἀγκάλαις
δὲ Μητρὸς Παρθένου περιλαμβάνεται, ὁ θρόνον ἔχων τὰ Χερουβίμ· τρέφεται
δὲ γάλακτι, ὁ πάσῃ τῇ κτίσει τὴν ζωὴν χαριζόμενος· φεύγει δὲ καὶ Ἡρώδην
εἰς Αἴγυπτον, ὁ τὰ πρωτότοκα Αἴγυπτου πατάξας, καὶ Φαραὼ καταποντί-
σας τὸν τύραννον· ὑποτάσσεται δὲ τοῖς γονεῦσιν * ὡς νῆπιον, ὁ ἔχων ὑποτε-
ταγμένα τὰ σύμπαντα· βαπτίζεται δὲ ὑπὸ Ἰωάννου, ὁ δωρούμενος τῶν ἀμαρ-
τημάτων τὴν ἀφεσιν· πειράζεται δὲ ὁ ἀπείραστος, δι’ ἐμέ, ἵνα νικήσῃ τὸν
ἐμὲ πειράσαντα, καὶ τοῦ παραδείσου διώξαντα· καὶ, ἀπλῶς εἰπεῖν, μετὰ πᾶ-
σαν θαυματουργίαν, πάθη ὁ ἀπαθής καταδέχεται· καὶ θάνατον καὶ ταφὴν
ὑπομένει σαρκὶ ὁ ἀθάνατος, ἵνα ἐμὲ τὸν θανατωθέντα ἀπαθανατίσῃ διὰ τῆς
ἐκυτοῦ ἀναστάσεως. Τί οὖν ξένον, εἰ μετ’ ἔκεινων ἀπάντων καὶ τὸν κατὰ νό-
μον καθαρισμὸν ὁ καθαρὸς καὶ ἔχαρτος, μετὰ τῆς ἀχράντου καὶ ἀπειρογά-
μου Παρθένου καὶ Μητρὸς καταδέχεται· ἵνα γενόμενος ὑπὸ νόμον, ὡς ὁ
Ἀπόστολος ἔφησε, τοὺς ὑπὸ νόμον ἐλευθερώσῃ;

Ἄλλ’ Ἑλαθον, ἀγαπητοί, τῷ ἀπλέτῳ πελάγει τῆς τοῦ Σωτῆρος οἰκονο-
μίας ἑαυτὸν ἐπιδούς, τῇ φορᾷ τοῦ λόγου ἐλκόμενος. Εὐχερέστερον γάρ ἔστι,
τὸ κῦτος τῆς θαλάσσης παλάμη χειρὸς ἀνθρωπίνης περιλαβεῖν, ἢ τὰς πολυ-

ex innupta puella nostri causa induit, ac virginalem, qui omnia im-
plet, incircumscripta ratione inhabitat uterum: atque is, qui est
saeculis antiquior; quinimo conditor saeculorum, in tempore nascitur,
propter eos qui essent sub tempore: Matris Virginis ulnis astringitur,
qui sedet super Cherubim: lacte nutritur, qui creatis universis vitam
largitur: in Aegyptum quoque Herodem fugit, qui percussit primo-
genita Aegypti, ac tyrannum Pharaonem submersit: subiicitur pa-
rentibus * in morem infantis, qui universa subiecta habet: a Ioanne
baptizatur, qui donat remissionem peccatorum: tentatur mei causa,
qui maior est quam ut tentari possit, ut eum vincat, quo tentatore
e paradiso expulsus fui: atque ut verbo dicam, post omnia patrata
miracula, qui immunis est a passione, passiones suscipit: qui est
immortalis mori carne sustinet, ac sepeliri, ut me mortuum, sua resur-
rectione immortalem praestet: quid mirum, ut illorum omnium acces-
sione, purus ille ac incontaminatus, una cum incontaminata ac innu-
pta Virgine ac matre, lege perscriptam obeat purificationem; quo
factus sub lege, ut ait Apostolus, eos liberet, qui sub lege erant?¹

Verum nesciens quodammodo, carissimi, immenso me incarnationis Salvatoris mari permisi, trahente sermonis impetu. Quippe
facilius quis, maris latitudinem solae manus modulo complectatur,

¹ Galat. IV, 5.

τρόπους τῆς θείας οἰκονομίας συγκαταβάσεις, λόγῳ προφορικῷ ἔξειπεν. 'Αλλ' ἐπὶ τὸν πυρσὸν τοῦ εὐαγγελικοῦ ὄψους ἐπαναδράμωμεν, καὶ πρὸς αὐτὸν τὴν δλαδάδα τῶν λόγων, τῇ πηδαλιουχίᾳ τοῦ Πνεύματος, ἀπευθύνωμεν.

«Οτε, φησίν, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως, ἀνήγαγον τὸ παιδίον εἰς Ἱεροσόλυμα, παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ». Καλῶς ὁ εὐαγγελιστὴς ἐσαφήνισεν. 'Ως ἐξ οἰκονομίας γάρ πάντα τὰ ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ νομοθετηθέντα ὑπὲρ ἡμῶν καταδέχεται. Ἰδού γάρ «ὅ πληρῶν οὐρανούς τε καὶ γῆν», ὑπηρετεῖται τὴν ἀπὸ τόπων εἰς τόπους μετάβασιν. Ποίῳ δὲ καὶ Κυρίῳ παραστῆσαι τὸ βρέφος ἐπείγῃ, ὡς παναγία Παρθένε; "Ηκουσας σαφῶς ὑπὸ τοῦ Γαβριήλ, ὃς Υἱὸς Θεοῦ ἔστιν ὁ ἐν τῇ γαστρὶ σου κυοφορούμενος. Εἰ οὖν Υἱὸς Θεοῦ ἔστιν, πῶς οὐκ ἔστιν ἀναμφιβόλως καὶ Κύριος; Οἶδα, φησὶν ἡ μακαρία Παρθένος, ὅτι καὶ Υἱὸς Θεοῦ ἔστιν καὶ Κύριος, ὁ ἐμὸς πλάστης ἐν ταύτῃ καὶ νίσι, δὸν ὃς βρέφος διὰ τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν ἐναγκαλίζομαι ἀλλ' ἐκείνῳ τοῦτον παραστῆσαι σπουδάζω, περὶ οὗ ὁ ἐμὸς προπάτωρ Δασιδ, διὰ τοῦ Πνεύματος ἐμελώδησε λέγων· 'Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἔως ἂν θῶ τοὺς ἔχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου».

quam ut multos divinae ad nos inclinationis modos ex incarnatione, prolatitio sermone edicat. Enimvero ad evangelicae celsitudinis ignem recurramus, inque eum, Spiritus sancti gubernatione, sermonum onerariam dirigamus.

Postquam autem, inquit, impleti sunt dies purgationis eorum secundum legem Moysi, tulerunt puerum in Ierusalem, ut sisterent eum Domino.¹ Bene exposuit evangelista. Omnia enim nobis lege praescripta prudenti quodam consilio, nostri causa suscipit. En enim, qui *coelos et terram implet*,² ministerium suscipit, quo e loco in locum feratur. Cuinam vero etiam Domino, puerum festinas sistere, o sanctissima Virgo? Audisti palam ex Gabriele, Dei Filium esse, qui in tuo utero conciperetur. Siquidem ergo Dei Filius est, qui non citra omnem dubitationem etiam Dominus est? Scio, inquit beata Virgo, Dei Filium pariter esse atque Dominum, qui idem simul meus fector est ac filius, quem ut puerum, ob eius clementiam ac benignitatem, ulnis amplector: verum illi sistere festino, de quo avus meus David, divini Spiritus afflatus, modulo cecinit, dicens: *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*³

¹ Lc. II, 22.

² Ierem. XXIII, 24.

³ Ps. CIX, 1.

1573 [...] «Καὶ οὕ δοῦναι θυσίαν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ Κυρίου· ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν». [...] Αἱ μὲν γὰρ τρυγόνες, τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν ἀγνείαν τῆς Ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου ἐσήμαινον· αἱ δὲ περιστεραὶ τὴν εἰς ἡμᾶς ἄφατον φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν ἐκ Πνεύματος ἀγίου οὐκονομίαν τῆς κυνοφορίας ἐδήλουν.

1577 [...] «Καὶ ἦν ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ, θαυμάζοντες ἐπὶ τοῖς λεγομένοις περὶ αὐτοῦ». Εἰ γὰρ καὶ ἡσσον μεμυημένοι, ἢ τε Μαριάμ καὶ ὁ Ἰωσὴφ τὸ περὶ τοῦ βρέφους μυστήριον· ἡ μὲν διὰ τοῦ Γαβριήλ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος διδαχθεῖσα περὶ τῆς τοῦ τικτομένου θεότητος· ὁ δὲ διὰ τοῦ ἀρχαγγέλου· «Μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναικά σου. Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθέν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἀγίου»· ἀλλ’ ὅμως καὶ ταῦτα μεμυσταγωγημένοι, ἔθαψαν μαζὸν ἐκπληγτόμενοι «ἐπὶ τοῖς λεγομένοις περὶ αὐτοῦ».

PG 93, 1577 1760 «Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς Συμεὼν». Ἀποδεχόμεθά σου τὴν ἐκ θείας ἀγάπης θερμοτάτην πρόθεσιν, ὁ Συμεὼν. Εἰ γὰρ καὶ ἀνώτεροι πάσης εὐλογίας ἐτύγχανον, ἢ τε τεκοῦσα μήτηρ ὁμοίως καὶ τὸ βρέφος· ἀλλ’ ἀντὶ δοξολογίας προσῆγαν· ὥσπερ ἀμέλει καὶ οἱ ἐν Βαθύλῶνι τρεῖς παῖδες. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι οὐ μόνον τὰς ἀγγειλικὰς δυνάμεις, καὶ πᾶσαν ἀνθρωπότητα, ἀλλὰ καὶ τὴν

1574 [...] *Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini; par turturum, aut duos pullos columbarum.*¹ [...] Nam turtures quidem, pudicitiam ac castitatem semper Virginis ac Dei Genitricis significabant; columbae autem, ineffabilem in nos Dei clementiam, quamque Spiritus sanctus fecunditatem dispensat, ac facit.

1578 [...] *Et erant pater eius et mater mirantes super his quae dicebantur de illo.*² Quamquam enim didicerant Maria pariter ac Ioseph, quod ad puerum spectabat mysterium: Maria quidem, Gabrielis voce: nec id modo, verum etiam a Spiritu sancto nasciturae prolis edocta divinitatem: Ioseph autem, per archangelum dicentem: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est:*³ tametsi, inquam, ista divinitus edocti erant, mirabantur tamen ac stupebant *super his quae dicebantur de illo*.

PG 93, 1578 1760 *Et benedixit illis Simeon.*⁴ Laudamus probamusque tuam, οἱ Σimeon, ex ferventissima dilectione voluntatem. Quamquam enim etiam omni benedictione superiores erant, Mater pariter puerpera, ac Puer, laudationis tamen loco eam obtulit: ea nimirum ratione, qua pueri tres in Babylone. Nam et illi, nedum virtutes angelicas, universumque hominum genus, verum etiam ratione ac sensu destitutas

¹ Lc. II, 24.

² Lc. II, 33.

³ Matth. I, 20.

⁴ Lc. II, 34.

ἄψυχον καὶ ἀναίσθητον κτίσιν, εἰς τὸ εὐλογεῖν τὸν Θεὸν προετρέψαντο, ἀποπληροῦσαν τὴν εὐλογίαν, ὡς εἴρηται, διὰ τοῦ εὐλογεῖν τὴν εἰς τὸ Θεῖον δοξολογίαν. Κατὰ τοῦτον τοίνυν τὸν τρόπον, καὶ ὁ Συμεὼν ἐπὶ τοῦ παρόντος «εὐλόγησεν αὐτούς, καὶ εἶπεν πρὸς Μαριάμ τὴν μητέρα αὐτοῦ». Τίνι λόγῳ, μὴ τῷ νομιζομένῳ πατρὶ τῆς προφητείας εἶπεν ὁ Συμεὼν τὰ ρήματα, ἀλλὰ μᾶλλον τῇ Μαριάμ; ἐπειδὴ ἥδει ὡς πνευματοφόρος, ἀληθῆ τοῦ βρέφους μητέρα τυγχάνει τὴν Μαρίαν τὸν Ἰωσὴφ δὲ μέχρι ψύλου καὶ μόνου ὄνδρατος, τῆς τοῦ πατρὸς προσηγορίας ἀπολαύοντα· ἐπειδὴ οὐκ ἐκ σπέρματος ἀνδρός· ἀλλ’ ἐκ Πνεύματος ἀγίου ἡ τῆς ἀπειρογάμου καὶ ἀγίας Παρθένου κυνοφορίᾳ γέγονεν. Τούτου χάριν καταλιπών ὁ Συμεὼν τὸν δοκήσει καὶ ὄνδρατι πατέρα, πρὸς τὴν ἀληθῆ μητέρα τοὺς λόγους πεποίηται λέγων· «'Ιδού οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ· καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον»· εἰς πτῶσιν μὲν τῶν ἀπίστων, εἰς ἀνάστασιν δὲ τῶν πιστευόντων.

PG
93, 1580

1761 «Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχήν, φησίν, διελεύσεται ῥομφαία». Ῥομφαίαν δὲ οἶμαι λέγεσθαι, τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ γενομένην τῇ ἀγίᾳ Παρθένῳ διὰ τῆς λύπης δοκιμασίαν. Διῆλθεν γάρ αὐτὴν ἀθλανῶς ὡς ἐν παρόδῳ, μὴ πλήξασα.

PG
93, 1581

1762 Καὶ ὁ Παροιμιαστὴς δέ φησιν· «'Η σοφία φωκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον». Σοφία δέ ἔστιν, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος. Αὐτὸς γάρ «ἐδόθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ»,

res, ad benedicendum Deo hortabantur, benedictionem impletentes, quemadmodum dictum est, prosequendo verbis divinas laudes. Hac itaque ratione etiam Simeon impraesentiarum *illis benedixit, et dixit ad Mariam matrem eius.* Quorsum ille, non putato patri dixit prophetiae verba, sed magis ad Mariam matrem eius direxit? Quod nimirum tamquam divino Spiritu afflatus sciret, Mariam veram esse pueri matrem, Iosephum autem, nomine tenus tantum, patris nuncupatione pollere: quod non ex viri semine, sed de Spiritu sancto, innupta ac sancta Virgo concepisset. Quamobrem relieto Simeon existimato ac nomine tenus patre, ad veram Matrem sermonem convertit, dicens: *Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in Israël, et in signum, cui contradicetur.*¹ In ruinam quidem non credentium; in resurrectionem autem credentium.

PG
93, 1579

1761 *Et tuam ipsius animam, inquit, pertransibit gladius.* Gladium porro, eam probationem dici existimo, quae ex tristitia in cruce sanetae Virginis accessit. Pertransiit enim eam sine laesione velut obiter, non gravius saucians.

1762 Libri quoque Proverbiorum scriptor ait: *Sapientia aedificavit sibi domum;*² atqui Sapientia est Dei Verbum: ipse enim nobis *datus est*

PG
93, 1582¹ Ibid.² Prov. IX, 1.

● PG 93, 1601.

κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον. Εἰ οὖν αὐτὴ ἡ σοφία ἐν τῇ νηδύῃ τῆς ἀγίας καὶ ἀειπαρθένου, ἔσωτῇ τὸ ἄχραντον καὶ ἀγίον σῶμα διὰ τοῦ Πνεύματος ὁκοδόμησεν, πῶς νῦν λέγεται σοφίας πληροῦσθαι καὶ χάριτος;

S. MAXIMUS Confessor (ca 580 † 662)

SCHOLIA IN LIB. « DE COELESTI HIERARCHIA » PSEUDO-DYONISII AREOPAGITAE

^{PG 4, 57} In cap. IV. - § IV. « Γαβριήλ ». Σημείωσαι, ὅτι τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως πρῶτοι μυοῦνται ἥγγειοι, ὡς δηλοῖ τὰ κατὰ τὸν θειότατον Γαβριήλ, μαθόντα τὰ περὶ τοῦ ἀγίου Ἰωάννου· εὐαγγελισάμενον δὲ καὶ τῇ Παρθένῳ, ὅτι ἐκ Πνεύματος ἀγίου συλλήψεται σαρκούμενον τὸν Θεόν Λόγον.

¹⁷⁶³ « Ἀνδρικῆς ». Ἀνδρικὴ θεουργία ἡ Χριστοῦ ἐνανθρωπησίς, καθ' ἣν Θεὸς ὁν ἐν σαρκὶ τὰ θεῖα εἰργάζετο. Σκόπει δέ, πῶς, εἰπών ἐνταῦθα τὸν Ἰησοῦν « ἀνδρικὴν θεουργίαν », καὶ διὰ μὲν τοῦ λέγειν « ἀνδρικήν », δηλῶν, ὅτι τέλειος ἀνθρωπος γέγονε· διὰ δὲ τοῦ « θεουργίαν », ὅτι Θεὸς καὶ ἔστι ἀνθρωπος, διὰ τὸν ἀνθρωπὸν τὰς θεοσημείας ἐργασάμενος, μετὰ βραχὺ λέγει, ὅτι « ἀμετάβλητος »· ἔμεινε γάρ καὶ δὴν ἀεί. Κάκενο δὲ πάλιν ὅρα, πῶς φησιν ἐν τῇ ἀγίᾳ Θεοτόκῳ Μαρίᾳ γενέσθαι τῆς ἀρρένου θεοπλαστίας τὸ θεαρχικὸν μαστήριον.

a Deo sapientia,¹ iuxta beatum Paulum. Siquidem ergo ipso Sapientia, in sanctae ac semper Virginis utero, incontaminatum ac sanctum corpus, per Spiritum sanctum sibi aedificavit; quomodo nunc dicitur repleri sapientia atque gratia?

^{PG 4, 58} In cap. IV. - § IV.² Gabriel. Nota, primos angelis doceri incarnationem, sicut declarant divini Gabrielis acta, qui dieit ea quae sanctum Ioannem (Baptistam) spectabant, annuntiavit autem etiam Virgini, quod ex Spiritu sancto conciperet incarnatum Deum Verbum.

^{PG 4, 58} Humanae. Humana divina operatio aut Christi cum hominibus conversatio, in qua Deus existens, divina in carne operabatur. Considera autem quomodo, postquam dixerit hoc loco Iesum, *humanam Dei operationem*: et quidem dicendo *humanam* declarat quod perfectus homo fuerit; per vocem vero *Dei operationem*, quod sit Deus, et homo, idem ipse deitatis signa operatus; paulo post dicat, quod *immutabilis*; mansit enim semper etiam quod erat; illudque rursus vide, quomodo dicat in sancta Deipara Maria fuisse ineffabilis Dei effectionis sacramentum, quod a Deo principium ducit.

¹ I Cor. I, 30.

² Vide locum, Maximo attributum, sub titulo « Incertus Auctor ».